

noster Salazar sic explicat: « Cor viris sensitum, » id est, quod imbecille est ad sentendum, et facile moreo tangitur, atque levioribus de causis dolor; « tristis est anima ejus, » nimur semper tristis est, quia leves dolendi cause et rationes semper hinc inde suppetunt. « Quando autem latabitur, non miscetibit contumelias, » id est, si quando latitum conceperit, non dissolute id faciet, non miscetibit his qui diffundit gaudio, effunduntur in risus, solvuntur in cachinnis: id enim probroum et contumeliosum est. Vel alter potius, nomine contumelie intelligit irrisione et ludibriis, q. d. Non erit dissoluta ejus latitia, non securilis: non enim miscetibit irrisione aut ludibriis.

Sublimius et plentius auctor *Catene Graec.* sic Septuaginta verit et explicat, cor viri peccati vir sentientis mastam illius reddit animam: cum autem latitia perfundit, cum superbia non miscet. Mens peccati sensum capiens contrita animum; qui enim boni viri nomen obtine, ejusdemque ratione tueri desiderat, peccata que admisit recoleas, non potest non intra se commoveri, admissaque ex corde detestari. Ad lettitionem porro quod attinet, d'ea hoc loco sermo est, quae secundum virtutem suspecta est. Pari modo non de quavis injury vel insolentia hic agitur, sed de ea que cum malitia conjuncta est: nec enim contra simul in unum cor possum. Hac auctor *Catene Graec.* Atque si hoc modo legas et explices Septuaginta, consentient cum Vulgata, critique sensus idem cum eo quem paulo ante assignavi.

11. DOMUS IMPIORUM DELEBITUR: TABERNACULA VERO JUSTORUM GERMINABUNT. — Hebraice, *teitorium rectorum florebunt;* Tigrinna, *flore faciet;* Septuaginta, *tabernacula rectorum stabunt;* vel immota consistent. Sensus litteralis clarus est, q. d. Domus, id est habitacula et palatia, que divites impio: magnifice edificant, ut in omne eorum perennant, aequae se familiariter et propago eorum cito Deo vindice delobuntur: ut vero domus, familia et soboles iustorum efflorescent, et stabili et firma per multa tempora consistet. Ita videmus Romae magnifica in illa palatia, columnas, statuas, trophae Julii Caesaris, Pompei, Augusti, Neronis, Decii, etc., funditus interisse, adeo ut nec ruine super sint, imo vix sciatur locus in quo erecta fuerunt. At vero Basiliaca Lateranensis, S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii, erecta a Constantino Magno, ac S. Marie Majoris erecta a Joanne Patrio, ceteraque similes usque hodie perdurant, frequentantur, celebrantur. Quin et Therme Diocletiani, quia a Christianis Martyribus edificantur, usque hodie perdurant, verisque sunt in templo S. Marie Angelorum, ne labor Martyrum periret, sed B. Virgini servient: buiis enim olauream martyrii adepti sunt. — *Tabernacula vero:* S. Largus, S. Smaragdus, S. Zeno, cum deinde milibus militum, quos utpote Christianos, metuens Diocletianus dannavit ad fabricam ther-

marum; qua finita jussit ad unum omnes trucidari ad aquas Salvias, ubi a Nerone capite plexus fuerat S. Paulus. Eorum natalem diem anniversaria memoria recolit Ecclesia die 9 Iuli.

Anagogie, impii edificant domos, quasi in iis semper habitabunt, ideoque illa cito a Deo delentur. At justi scientes se hic, cypites et peregrinos, non domos edificant, sed tabernacula, que eis germinant arbores virtutum, ex quibus construant sibi domos eternas, et quibus edificant Jerusalem celestis. Ita Beda: « Domus quidem in mansione, inquit, tabernacula haberi solet in itinere. Domus ergo impiorum debilitur, quia habitaculum vite praesentis, in quo manere desiderant, perdit in morte improbi. Tabernacula autem justorum germinabant, qui ex tabernaculis vite praesentis, in quibus modo peregrini sunt et hospites, in patriam celestem transferuntur. » Sic et auctor *Catene Graec.* qui et tropologiam addit: Tabernacula inquit, minus quidem est quam domus: domus enim fixe manentium sedes est, tabernaculum vero transuentum, vel in motu existentium. Quoniambrem per hoc coligitus adhuc vagus et instabilis designatur, per illam autem habitus firmatus; si ergo impiorum domus destruantur, multo magis eorumdem tabernacula revertentur. Apud justos autem contrarium est receptum. Aut certe per iniquorum domos significantur prava usque firma illorum actiones: per tabernacula autem rectorum, liberae eorumdem electiones. » Igur via tabernacula justorum germinabunt, id est, florebunt semper et vernacula meritis et gloria, donec germinent et producent ipsos fructus glorie celestis.

12. EST VIA QUA VIDETUR HOMINI JUSTA: NOVISSIMA AUTEM EIUS DEDUCUNT AD MORTEM. — Hebraice, novissimam autem ejus itineri mortis; Chaldeus, est via quam putant filii hominis esse rectam, et finis ejus est via mortis; Syrus, via ejus mortis semita; Aquila, Symmachus et Theodotion, vaduit in viam mortis; Septuaginta, est via qua apud homines recta videtur, interim novissima ejus ad infernum fundam deducunt. Via haec est cupiditas, affectus inordinatus, voluptas, ambitio, qua, licet prava, tame cupido, voluptuario, ambitioso sua cupiditate, voluptate et ambitione exceccato videtur honesta, aqua et recta; at via haec revera via est a recto, salute, celo et Deo: quare quo magis eam sequuntur, et magis a recto et celo aberrant, ac tandem recta in morte tum culpe, exceccatiois et obstinationis, tum gehennae descendunt, idque non una, sed multis viis et itineribus: quot enim sunt ejus cupiditates et sceleris, tot sunt vie ad mortem et gehennam. Ita auctor *Catene Graec.*: « Via, inquit, hoc loco est mens aut voluntatis humanae libidine occedita, que bonus vestris apparentia, stabilibus fluxa, temporalis semperit et immortalibus anteponit: » Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 12 *De Tempore:* « Voluntatis propensio auctoritatem vitius querit; et quod va-

num est, bonum aut bono proximum esse suadet. »

Nota: *novissima.* Cupiditas enim non statim dicit homines ad peccatum mortale et gehennam, sed initio venialis est: at sensim a minoribus ad majora progredens, tandem in peccatum mortale prolabitur, cui continuo assuecessit in eo obduratur et moritur, itaque descendit ad tartara. Quocirca moret hic Sapiens initis cupiditatis esse obstantum, parvus enim error in principio magnus fit in fine. Unde illud:

Principis obita: sero medicina paratur,  
Cum mala per longas invalere moras.

Quare haec sententia competit cuilibet vitio, cui si indulgeas, ex uno in aliud et aliud, ac tandem in exitium prolabaris. Igur via virtutis arcta et aspera est, sed ducit ad celum: via voluntatis lata est et amena, sed ducit ad tartaram, *Math.* vii. 13. Elige, sed respice finem. Huic sensu congruit paremnia sequens: « Ritus dolore miscetibit, et extremitas gaudi lucis occupat. »

Secundo, Baynus et Salazar per viam hanc accipiunt felicitatem terrenam, eu quia omnia prospexer et vota credunt, multi aplaudunt, putant que esse viam rectam ad plenam beatitudinem, sed errant: nam finis ejus desinit in ruinam et interitum, idque per varias vias, modos et rationes. Unde Eusebii Emissarius, homil. De SS. *Ephoro et Alexandro:* « An tu hunc, at, felicem vocas, qui in mortem suam fortis est? cui proveniunt fallax umbra presentium, eternorum congregat causas malorum? quis probabiliter laudet velocem ad ardua precipita festinanten? qui ejus miretur ascensem, quem de summo prospicit esse casurum? »

Tertio, via haec acipi potest error, vel in fide, vel in moribus. Error in fide est atheismus, paganismus, saracenus, heres. Atheo enim atheismus, Pagano paganismus, Saraceno saracenus, heretico heres videtur recta fides, rectaque via ad salutem: at novissima ejus ducunt ad mortem et gehennam. Error in moribus est, quo quis licet putat et honestum legique Dei conforme, quod differt est, in honesto et illicitum. Id autem crebro accidit, cum quis nimis indulget et credit judicio vel suo, vel imperatorum aut pravorum consiliariorum, magistrorum, confessariorum, etc. Quare tacite monet hic Salomon ne quis confidat suo iudicio, vel aliquam, nisi noverit eos peritos esse et probos. Impudens enim et infelix est, qui sequens duorum vniuersitatis consiliariorum vel confessariorum, rogatus: « Quo vadis? » respondet: « Quo isli manducunt: » isti enim se suosque asseculas ducunt ad mortem. Hoc facit apologus vulpis apud *Aesopum.* Cum enim animalia omnia a leone ad antrum suum invitata certum illud ingredieruntur, sola vulpes restituta. Rogata causa dixit: « Quia vestigia animalium aversa omnia, nullum versum: nimur omnia ingredi video, nulla

regredi; » scilicet omnia a leone in antro discepabantur: hic erat finis, hic terminus ingredientium, quem spectans vulpes sapienter vitabat ingressum. Vulpem imitetur vir prudens, qui a carne vel de monstro invitatur ad voluptes illicitas, ducentes in gehennam.

13. RITUS DOLORE MISCEBITUR, ET EXTREMA GAUDIUM OCCUPAT. — Hebraice, *in ridendo dolebat cor;* Symmachus, *laborabit cor;* Chaldeus, *et rido de rito dolet cor, et fuis latitiae maror.* Sic et *Syrus.*

Hec sententia proprii pertinet ad zizum et gaudium impiorum, sieque coheret cum versu precedente, eumque confirmat et explicat, q. d. Impius sue illecebore et voluptates perplacent, rectaque et juste videntur: at errant, tum quia eorum ritus et voluptas magnis doloribus permixta est, tum quia gaudium eorum novissime desinet in luctum. Causa est, tum quia comes ipsorum est maius conscientia, que semper eos terret et crutat, ut nunquam puram solidamque habeant latitiam, tum quia voluptatis immode dicuntur, in easque se effundunt: quoniam utrumquid impudicum est, nocturnum est et afflitum; tum quia se eorum voluptates sunt in gula, crupula, fibidine, que naues, vomitus, febres, sordes et morbos creant; tum denique, quia Deus haec impius impietatis plenam doloris statuit. Sic mel a stomachi biliosis in fel et bilem veritutem, teste Galeno, lib. *De Euchymia et Cacoecymia;* sic omnes aque fluviorum dulces desinunt in mare, ibique resurgent.

Rursum noster Alvarez de Paz, lib. V *I. Documenta ad asseverandam perfectionem,* part. III, capite XII, apte hanc sententiam referat ad levitatem mentis, quae in ritem et cachinos se effundit, et majoribus vitis aditum aperit. Levitas enim mentalis effrenis scurrilitates, defractiones et subsanationes generat; iras in his qui delusi sunt, atque indignationes exsuscitat, et in apertas tumultus ultra citroque jactatas non semel protrumpit. Haec inimica est compunctionis, hostis devotionis; mater autem inepte latitiae, qua sollet sepe in tristiam ad dolorum desinere, quia scriptum est: « Ritus dolore miscetur, et extremum gaudi lucis occupat. » Inanis profectus ritus dolore miscetur, dum verbo, quo ridens fratrem punxit, amarus sermo resistit; et extremum gaudi lucis occupat, cum ignominioso vocabulo, quo illum contrastasti, manifesta in te prolate contumelia respondit. Hec Alvarez.

Hujus mixiture gaudi cum moreto apud impios symbolum est asillus pisces, orans magnitudine, qui ceteros pisces vexat, preseruit thynnos. Sieut ergo thynnus asilos in tranquillo, sic omnis voluptas et felicitas humana sua experit spinas. « Splendet sepe, at eadem nimbus internum nigret, » ait Accius in *Bacchis.*

Rursum hujus ritus symbolum sum phalangia animalia lethifera, que cum risu necant, teste Strabone, lib. XI: sic enim mundi ritus sepe in

tragédias et gemitus solvitur, in quo Lapones enim sub rigido Septentrione algentes, ut se recreant, convivia instruant aëcis citnareis, in quibus in saltus et choreas effunduntur; sed mox in gemitus et alta suspitia revoluti, per terram ruunt. Hæc mala mentis gaudia. Vide Olauum, lib. IV, cap. viii. Item Fencile pomum gemmeum, quod quicunque tegisset, statim multis jaculis confidiebat, ut nis confessus fuit Kemeth, rex Scotorum, teste Cardano, lib. XII, cap. xvi. Si voluptas jaculis dormitorum suos ascelas configit. Insuper ursi fuscæ, qui mellum apum inhabentes, caput, quod debilissimum habent, in clavam ferreis cuspidis armata, quam nelli venatores apponunt, impingentes illud obtemperante sequentur, etiam Ola, lib. XVIII, cap. xiv, minirum vocet empta dolore voluptas.

Potest tandem sententia (1), hæc sententia generali accepi de quovis risu et gaudio ob hujus vita commoda, eam honesta vel indifferenta. Omne enim hoc gaudentia dolore miscetur, et sepe in luctum desinit.

Causa est, quod hec sit natura voluptatis et bonorum temporum, ut multis malis sint permixta, que dolores creant: sicut enim omnia mixta constant quatuor elementis, sibi invicem contrariis, sic omnes res constant mixtura contrariarum rerum et qualitatium, quæ tristitia et letitia parunt, idque fecit Deus ut ab his nos avocaret ad solidam bona et gaudia virtutum et glorie celestis; unde volut in celo mera et pura essent gaudia, in inferno meri et pri doloris et angors: in terra vero, quæ inter colum et infernum media est, gaudia permisunt dolores, ut ad pura cella gaudia homo aspiraret, et mox inferni dolores devitaret. Sicut ergo pomo amarum vermis, et vino immixte sunt faces: ne voluptati innatus et immixtus est dolor; unde in eum voluptatis despumant, in eumque velut in feces desinit. Omnia igitur mundana gaudia brevia sunt et felle mixta, iuxta illud vulgo tritum: « Ubi aber, ibi tuber; ubi mel, ibi fel. » Unde Philosophi dixerunt Deum duplex habere dolium, unum mellis, et alterum felis, et ex utroque eum quae sum craterem propinare. Et Psaltes: « Calix in manu Domini vini meri plenus mixto; et inclinavit ex hoc in hoc. » Psal. LXIX, 9. Et Comicus: « Ita dicit placitum est: ab eodem culmine voluptas, et timor comes sequitur. » Apuleius, lib. II Floridorum: « Verbum verum est profecto quod ait: Nihil quidquam homini tam leatum divinitus datum est, quia ei admittimus sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaunque letitia subit quepiam vel parva querimur, conjugatione quadam mellis et fellis, ut, si quid illud solvit, hoc adstringat. » Audi apologum Platonis in Phædo: Voluptas et dolor apud Jovem

se vicissim accusabant, convicisque incessabant. Ille cum pacem et amicitiam inter eos conciliare vehementer niteretur, nihil efficiebat. Tandem adamantina catena eos colligavit, ut quantumcumque odia dissidient, semper tamen simul essent, seseque mutuo sequerentur. Quid sit hoc figura credimus mysteri? In turbidis adversis que rebus de fortuna secundore non est desperandum omnino. Rursum in secundis et optatis non est vacuum prorsus a metu: nam in vita humana perpetuo leta tristibus, et tristis letis succedunt; et voluptas dolore, dolor voluptate temperatur. Hoc est ergo voluntatis ~~proximus~~, id est dulcior amarum, vel suavamarum. Atheneus, lib. XI, pag. 43, et Herodotus, lib. IV, scribunt Hypanim fluvium et fontibus quinque diuinam via extem proferens ad dulcem; tandem post aliorum quatuor diuerum iter per quam amarum: ita voluptas initio mellea ad extremum aescit, et fit felixa. Nam, ut ait Cicero, oral. pro Cælio et lib. II De Orat.: « Amoris et delicias celiorum florescent, et in omnibus rebus voluptatibus maximis fastidio finitimum est. »

Præclarus noster Romanus Consul, Philosophus et Martyr Severinus Boetius, lib. III, metro 7, ita canit:

Habet omnis hoc voluptas:  
Stimulis agit frondes;  
Apianaque per voluntam,  
Ubi grata melia sudet,  
Fuga et nimis tenaci  
Penit ita corda morsa.

Quocirca Epictetus, art. 20: « Dignus est, inquit, deorum conviva, qui rebus creatis moderate uitur; qui vero licitas etiam voluptates contemnit, non jam conviva Dei est, sed consors. » Alludit Salomon ad risum effusum et nimium, qui spiritus vitales cordis dissolvit, itaque cruciat, atque in tristitia desinit. Id videre est in melancholiis, qui aliquando letissimi sunt, et in risum sese effundunt, sed mox sunt tristissimi et mestissimi. Unde signum melancholia est effusio animi in risum et letitiam: hanc enim excitat natura, ut contra melancholiam sese obrimat; sed ex mox subeunte vincitur eique succumbit, q. d. Salomon: « In ridendo dolebit cor, et finis letitiae tristitia. »

Exemplum illustre et primipilum dat Christum Dominum S. Bernardus, serm. i in Domina Palmarum: in illa enim Christus cum triumpho inductus fuit a populo in Jerusalem quasi rex et Messias; at quanto deinde die ab eodem vocante: Crucifige, crucifige, postulatus fuit ad crumen. Videat, inquit, secularis anima, videat, et intelligat quoniam extrema gaudii luctus occupat, etc. Unde et processionis gloria volut sublimari, qui paulo post sibi noverat immixtere diem ignominiosissime passionis. Quis ergo sperare jam debet in certo glorie temporali, cum vi-

(1) Et recte.

dest in ipso quoque, qui peccatum non fecit, et creator temporum, et conditore universitatis, post exaltationem tantum, tantum nihilominus humiliacionem sequi? In eadem enim civitate, a plebe eadem, et eodem tempore nunc quidem processus gloria, et divinis est laudibus honoratus; post modum vero interrogatus contumelias et tormento, et cum scleratus reputatus. Hic est transitoria finis letitiae, hic fructus gloriae temporalis. Propterea prudente orat Prophetæ: Ut cantet Dominus gloria ejus, et non compungatur, id est processionem habeat, quam passio non sequatur.

Omnia ergo mundi gaudia antecedit dolor, comitatur dolor, terminat dolor. Sane Carolus V, prepotens et felix Imperator, cum Bruxellis suas ditiones et regna in Philippum II, filium suum, transferret, coram toto Senatu cum lacrymis profressus est, se tota regni tempore nec ad unum quidem horum quadrilaterum peram habuisse merito letitiam, sed omnem illam multis curis, angoribus, doloribus permixtam, et velut felle copioso impersam fuisse. Sicut ergo in musicali scaenæ graves acutæ risonant et temperantur, itaque moderatas et suavæ edunt concentum: sic Deus prospira adversis, leta tristibus miscet et temperat, ut homo suaverem temperantem, patientem, spei et orationis edat concentum. Unde S. Ambrosius, lib. I De Cain et Abel, cap. iv: « Deus, ait, delicias et gaudios nostris ponit modum, ne supra alveum effusæ rationem obruant. » Hæc prima est causa. Secundum dat S. Augustinus, scr. 29 in Matth.: « Ideo, ait, Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut illa queratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax. » S. Chrysostomus vero, homo in Psalm. cxix: « Ideo, ait, Deus non homines semper dimittit in tristitis, ne deficiant; ne in quiete et prosperitate sint, ne fiant sociordiores; sed mutationibus ac vicisitudinibus eorum salutem evaniat. » Denique siquon mel senescens instar felli amarescit, sic et voluptas. Mel omne vetustum redditur coctione amarum; neque illud mirum, cum vel utra cocturam tempore amarus ex dulciori reddatur, et Galenus, De Antidotis, post initum.

Conclusio ergo sit: Vita humana est confititia tragedia, cuius catastrophe et finis in luctum desinit, presertim in morte. Porro siue tragedia triplex est argumentum, scilicet terrible, mirabile et miserabile, idque ob triplex finem et effectum, quem in auditore exciliare satagit, mirum per terriblem terrorrem, per mirabile admirationem et venerationem, per miserabilem compassionem, ut docet Aristoteles in Poetica: sic pariter triplex hoc objectum spectaculi tragedia vita humana, ad eundem triplex finem et effectum. A Deo ordinata, ut patet intentus; tragedia enim eternum, imo nostri, casus primo, non deterret voluptatem, quæ eorum est parentes; secunda, venerationem Numinis injiciens ac judiciorum ejus illumine sibi subiicit (1).

(1) Mauri scribens in posteriori membro נבללן סבב (quod legisse videtur Arabi interpres) vertit, vis sat, id est factus suis, satiatus aversus corde, cuius minus aversus est, detecta a Deo; et factiarius suis vir bonus

POPO Cajetanus sic verit. *vitis suis saturabitur egressus a corde, et de foliis suis vir bonus* [Hebreum 13, 12. et folia, et super, ut verit Noster, significat], siue explicat: Qui extra se ad externas delicias egreditur, satabiliter suo egressu, id est ejus praeas luct, quia delicias saturabitur usque ad nauicem; mox enim illi ipsi verterunt in taedium, ut pufhe docet S. Gregorius, hom. 36 in Evangel. «Et de foliis suis vir bonus», repeat, saturabitur, id est, ait Cajetanus: «Vir bonus habitan se ipsum non solum fructibus, sed etiam frondibus saturatur, quia justa omnia cooperantur in bonum, iuxta illud *Psalmi*.» Et folium ejus non deflet. Ubi Theodoreus: «Folia et flores, ait, sunt spes beatitudinis, fructus est ipsa beatitudio; qui sicut foli et flores praenunti sunt fructum, imo eos parunt et causant: sic pariter spes praenuntia est beatitudinis, eamque efficit et causat. Rursum folia significant modestiam et decorum conversationis externe, ait Origenes in *Psalmi*: hic enim instar foliorum tegit, ornat, servat et auget decorum fructuum, id est virtutem menti interiorum. Jam sicut vermes omnes, qui folii vescentur, nido filia conficiunt, ut erue, bombyces, etc., testibus Plinio et Aristotle; imo bombyces ex foliis mori filia sericiunt, quibus tandem sene involventes emoriuntur, *et* calore veris reviviscentes fuent papillones, evolantique in celum: sic pariter ex modestia, decoro conversationis, ac gratia sermonis et edificationis justus sibi net filia spei coelestis glorie, qui bus immortales in resurrectione reviviscens evolabit in celum. Unde S. Basilius, homil. 8 *Hecatom+*, docet transformationem bombycis expressum esse typum resurrectionis nostre. Porro spes recte comparatur filo, et ab Hebreo vocatur *τίκην*, id est extensis, sive filum extensem, quia sicut fili et fumicolois inde contortos extensis longissime, nosque rebus remotissimis alligamus et astringimus: sic pariter per spem, quam ad Deum et ad celum extendimus, Deo et celo nos alligamus et astringimus. Spes ergo est *tūca*, id est filum, et linea longe expectationis, qua se animus sperantis ad rem speratum extendit et prolongat, dum ad eam sperando anhelat, itaque quasi eam sibi copulat, ut dixi Osee 11, 13.

13. INNOCENS CREDIT OMNI VERBO: ASTUTUS CONSIDERAT GRESSUS SUOS. — S. Ambrosius, lib. III *De Officiis*, cap. 1, cuius verba translati sunt in *Concordia*, et habentur 22, *Quæst. IV*, cap. finali, per innocentem accepit justum, simplicem et candidam, qui ex candore sui alios metiens, facile cuius fidem aspergit, nec mali est suspicax, quia sicut Ioseph, qui Gabonitis mentientibus se longe dissitos esse, credit, cum quisque fecundus propter Dei voluntatem init, Ioseph IX. «Et quia, ait, adhuc erat ignarus locorum, atque incolarum

statuit. Quisque factorum suorum percipit fractum, et impius et iustus.

inscius, non cognovit fraudes eorum, neque Deum interrogavit, sed cito credit. Adeo sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquis posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui ceteros de suo affectu testimont? Et quia ipsa amica est veritas, mentiri neminem putant, fallere quid sit ignorant; liberter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Solomon ait: *Innocens credit omni verbo*. Non vituperanda facultas, sed laudanda honestas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat; et si circumscriptur ab aliquo, de omnibus tamen bene judicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. \*

Subdit S. Ambrosius, Ioseph, deprehensa Gabonitarum fraude, pacem sicut eis dederat non revocasse: «Ne, dum alienam perfidiam arquit, sum fidem solveret. »

Verum pro *innocens* hebraice est *תִּבְטֵה* peti, id est parvulus, inexpertus, imperitus, insipiens, cui quidvis facile persuaderet, cuius hic nimia facilitas et levitas ad credendum quidlibet taxatur. Unde Aquila verit, *τίκην*, id est *delinatus*, *parvus credit omni verbo, astutus intelligentia uitior*; Symmachus, *parvulus*, aut *puer*; Chaldeus et Tigririna, *insipiens*. Unde Beda: «Hanc innocentiam Joachim, et hanc habere docuit astutum Ioseph, et, cum ait: Charissimi, nolite omni spiritu credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. »

Sensus ergo clarus et planus est, q. d. Rudis, inexpertus et insipiens facile credit omni verbo, ac prouide credit cuiilibet suggestioni, impulsu et consilio, quod ei datur a qualibet, ethiæ fraudulentu et inimico, quo fit ut sinat se dici in suam perniciosem et ruinam; at vero astulus, id est cautes et prudens, non credit omni verbo et consilio, sed considerat gressus suos, ubi scilicet prudenter et secure actionis sua pedem fitat, ne ubi in scrobum aut fossam temeritatem et perditionis corrut; quare caute bonum consilium a malo diuidit et secerit. Unde Syrus *astutus disserit bonum a malo*; Chaldeus, *attendit ad bonum sicut*. Hebreum enim *τίκην* ascar, id est gressus, aliud, inim quoad thyma idem est cum *τύπος*, id est beatitudine, felicitas, successus rectus, bonum homini. Hoc videtur voluisse Septuaginta dum vertunt, *simples credit omni verbo; astutus autem vadit in penitentiam*, q. d. Astutus prævidet penitentiam, id est male ex verbo et consilio, quod ei perperam suggestur, secutura, quorum eum, si id sequeretur, penitent; quare eorum precius dicit: Ego tanti penitente non emo, non credo, non sequor illud consilium, quia doceo me ad seram penitentiam; damno nimiam credulitatem, quia ejus comes est penitentia. Hoc significat Hebreum *τίκην*, id est considerat, intelligit, prævidet, quid scilicet *τύπος*, id est inter bonum et malum consilium vel iter distert. Opponit ergo *תִּבְטֵה*, id est modicum et

flexibilem ad credendum, *תִּבְטֵה arum*, id est tenuo et cordato, qui nil credit nisi bene examinatum; nam, ut ait Adagiographus: «Cupresso non inascurunt vermes propter amuritudinem, nec buxo propter duritatem: ita pestis adulatio fugit severa et tristia, ingenia molia capit et facilia.» El Seneca: «Et omnibus, ait, et nulli credere vitium est; alterum honestus dixerim vitium, alterum tutus.» Tam enim nimia tarditas ad credendum, quam nimia levitas in vito est. Illa est hereticorum, qui nihil credunt, nisi quod vel oculis vident, vel mente comprehendunt, de quibus existat liber *De Arte nihil credendi*; haec peruerio est et levieolorum.

Paulo aliter Septuaginta verit et explicat auctor *Catenæ Gracor.*: «Simplex, ait, credit omni verbo; qui astutus quoque, qui cito credit quam opertuit, penitidine dicitur; siue explicat: Ergo omni verbo credere amentia est? est omnino. Qui, ait, consilio et ratione omnia agit, est detinenda illa, que incauts et precipitibus accidere solent, facile evadit. At vir simplex (eiusmodi est, qui post primam imaginationem statim concludit, aut que superficie tantum tenus audit, et vestigio cordis) levis et imprudens est. Imo vero prudens quoque, si prime impressioni fidem mox habuerit, non raro decipitur, adeoque penitentia dicitur.

Denique haec sententia generalis est, unde variis applicari potest: *primo*, his qui credunt adulatores, ideoque pluris sese astimant quam revera sint; *secundo*, his qui credunt sugerentibus mala consilia; *tertio*, his qui credunt detracitores; *quarto*, his qui credunt temerariis suis imaginationibus et suspicionibus, ut faciunt melancholici, cum his resistere deberent, sibiique dicere: Hoc suggester melancholia, non veritas; ergo triste et falsum est, non letum et verum. Ita suadet Seneca, lib. II *De Ira*: «Nihil, inquit, nisi quod in oculos incurrit manifestumque erit, credamus (de alienis vitis), et quod suspicio nostra vana apparuerit, obgremus credulitatem. Hic castigatio consuetudinem efficit non facile credendi. »

Salomon sequitur Siracides, *Ecclesi. xix. 4*: «Qui cito credit, levis est corde, et minorabur; vide ibi dicta. Porro quam adulatores sint mendaces et fallaces, ut eis credere non licet, doceo Alanus, lib. *De Complacentia nature*: «Hi, ait, sunt principum laterales, palatini canes, adulatio artifices, fabri laudis, figuli fabitati; hi sunt qui magniloqua comendationis tuba in divitum auribus insont, qui ut emingant munera, caput divitis oleo adulatio inungunt. »

Apolo. — Hanc gnomen pulchro bovis et porci apolo illustrat Cyrillus, lib. I *Apolog. moral.* cap. xi, cuius titulus: *Diligentiore ruminatione omnia digeros priusquam agas*. Apologus sic habet: «Post aliquantulum sumpti cibi digestionem, denobis ipsum ad fauces revocans, cum recum-

*Adulatores  
et effi-  
cacia.*

*Apolo-  
go.*

bens ruminaret, porcus hoc aspiciens ad eum accessit, et dixit: Quid est hoc quod agis, corne? cui ille: Rumino, ait. Tunc porcus: Paulus ante tam onerosum jugum depositisti, cur modo non quiescis? Nonne semel satis est masticasse? Ad hoc bos ita fertur dixisse: Utique, mi frater, si ruminares, nequamquam ita sentires. Ubi, queso, situs est alimenti sensus? nonne in faecibus? Propterea quanto diligenter cœlum masticamus, tanto amplius ejusdem saporem percipimus, et per judiciale gustum vehementer delectamur. Certe molares dentes duplices natura prædicta, ut masticatio major adsit; et gustandi sensus providerenter est collocatus in ore, ut delectatione cibum diutius sub fauce tenamus. Quin et quando rumino, melius digero, et alimentum magis deprauratum assumo. Tunc pores his auditus adjunxit: Quis ruminare te docuit? Qui ille: Nimirum ars illa me hoc agere erudit in corpore, quæ sapientem edocuit ruminare in mente. Prudens enim subtili meditatione ruminat quæcumque dicit, aut facit. Quapropter digesta quidem loquuntur, et probata similliter operantur. Ad quid enim communicantur est homini claram rationis consilium, et carissimum illi concessum est meditationis bonum? nonne ut his salubriter in rebus agendis utatur? Unde premeditationis masticatio semper proponebitur est in cunctis actibus humanis. Qui sedet sapientia gubernantur, ut plurimum magis digesta, et puriora studia sectantur.» Adit deinde sapientem ipsum esse expendendum, idque probat ex quatuor cibi digestioibus: «Nec semel satis est, ait, rem agendam videre, sed necesse est subtiliter eam plures ruminare; sicut quatuor digestioibus cibus praecogitetur, ut inde membris purior tributatur. Omnis enim cibus, antequam animos uniat, quatuor digestioibus praepurgatur. Primum vadit ad stomachum, et ibi digeritur, et purum ab impuro sequestratur, et quod impurum est, per secundum emititur. Deinde purum derelictum ad hepatis transmittitur, ubi digeritur, et fit sanguis; et purum iterum ab impuro sequestratur, atque impurum per urinam emititur. Deinde purum derelictum a renibus attrahitur, ubi tertio digeritur, et iterum sequestratur purum ab impuro, impurumque per sudorem et sputum emititur. Deinde purum derelictum per membra spargitur, et in membris quarto digeritur; et rursum purum ab impuro sequestratur, et illud impurum, quod quasi purum est, in vas spermaticis asservatur, et in generatione emititur; purissimum autem derelictum in membrorum substantiam conversum, denum anima copulator, factum vivum et substantia vita. Unde nulla cibi impuritas ad animam accedit, nisi cum quatuor cibus ab omnibus impuritatibus sit expurgatus. Tu ergo, carissime, quia non ruminas, impurus suscipis alimentum, et propter hoc divina lege animal jadicaris ut

vnum. Quibus auditis, crudescens porcus dispegit. »

**V**ULNO DOLOSO NIHIL ERIT BONI: SERVO AUTEM SAPIENTI: PROSPERI ERUNT ACUS, ET DIRIGEATUR VIA EIS. — Ille gnome non est in Hebreo, id eoque in versibus numerum non habet, sed copulatur numero versus precedentis. Transcripsit eam Noster ex Septuaginta, qui eam collocarunt in capite precedenti, ubi eum explicui.

**36. SAPIENS TIRET, ET DECLINAT A MALO: STULTUS TRANSILIT, ET CONFIDIT.** — Pro transitus hebreice est חַדְרָבָלְמַתָּבֵל, quod tam iraci quam transire et transilire significat; unde Tigurina verit, *stultus, cum est transgressus, confidens est; Vatabulus vero, stultus irascitur et confidit, q. d. ait: Stultus somachatur contra legem Dei, et confidit quando perperam agit (1); et Chaldeus, *stultus feret in stultitia, et confidit in ea.* Septuaginta autem in suo codice pro חַדְרָבָלְמַתָּבֵל per metathesin habuerunt חַדְרָבָלְמַתָּבֵל nativum; unde vertunt, *υπεριώσεις, id est, misericordia iniqua:* « Sapiens, inquit, simea declinabit a malo; imprimis autem sibi fidens misericordia iniqua; » et Syrus, commiscetur in eo conscientie; Auctor Catena Graecorum, qui sibi confidit iniquitate politur. Accedit S. Hieronymus *Contra Ruffum:* « Sapiens, ait, timendo declinat in malum; stultus confidens miseretur ei; » et Lucifer Calaritanus in Apol. pro S. Athanasio: « Stultus timendo declinabit in malo; insipiens autem miseretur confidens iniquo. » Verum pro in malo legendum videtur a malo, ut habent certei codices Graeci et Lutini. Eodem reddit terps hec verso, q. d. Sapiens timet peanas et supplicia, id eoque declinat a malo, et calamitatem se subtrahit: at stultus ira exandescere transit leges et iura, misericordia in iniquis hominibus et actibus temerariis, confidens nihil inde sibi mali eventurum, immo se dominatur tam legibus quam hominibus, quoerita in graves litigias trias, aliasque calamitates et penas seipsum conjicit. Unde R. Salomon hebreum חַדְרָבָלְמַתָּבֵל, id est confidit, verit, labitur et in terram decidit; sed perperam, et puer hebrei perfici. Sic Remus, frater Romuli, primos Romanos muros temere transiliit, et temeritatem hanc latit morte, a fratre Romulo capite plexus. Unde Hugo: « Stultus, ait, est velut equus effrenis et excusacius, qui nihil timet, quia nihil videt; unde vulgo dicitur nihil esse audaceus equo caco, » et Timor enim est frenum animi exultantis, » et S. Basilus, quia oculatus prospicit futuras calamitatis sibi ex malo obvenientas; quoerit eas tamen a malo abstineat. Sicut videmus eos qui natura sunt frigidii, id eoque timidi, eavere sibi a periculis, in que improvidence se conjicunt praefervidi, audaces et praecepites. Multo magis id facit timor Dei, qui longe majora gehennas damna sibi ex peccato obvenientia previdens, omni stu-*

die peccatum fugit, ne in tanta incendia ultro se conjetat. Sic et Beda: « Scut stulti, ait, est de sua alacritate confidere, torrentem rapidum vel voraginem latiore salu velle transire; sapientis autem ad planum, vel pontem divertere: ita qui peccatum, quantum valeat, declinat, timens ne involvatur malis, sapiens est; stultus autem ille, qui contemplum peccati, vlandiens sibi, quia ant posteriori tempore penitentiam aget commissarium, aut si repente moriar, fortiter penas inferi sufficeret. » Denique Glossa interlineata sic explicat: « Sapiens penas timet, stultus de impunitate confidit. »

**17. IMPATIENTES OPERABITUR STULTITIAM: ET VIR VERSUTUS OMOIOS EST.** — Hebreice, brevis, vel *actus naribus faciet stultitiam: et vir cogitationum odicetur.* Brevis naribus est ἔπηρος, id est velox ad iram; sicut longus, vel latus naribus vocatur πραγματος, id est longanimis et tardus ad iram; hinc enim signum est lenitatis, illud cholera, immo et causa, quis in eo qui las habet narres, facilis spiritus et cholera expirat; cum in eo qui arcuas habet narres, strigatur et comprimatur, itaque eum faciat cholericum, ut dixi Exodi cap. XXXIV, vers. 6.

Pro vir versutus hebreice est מִזְמָנוֹתִים is mezzimot, id est vir cogitationum, molitionum, machinationum, id est vir cogitabundus, multa machinans et moliens. Sed quia id varii fieri potest, hinc variis hic versificatur. Primo, Chaldeus accipit lentum et tardum: « Qui preceps, ait, est in spiritu suo, reputatur stultus, et odio proscripti differenter consilium suum, » scilicet lentum et morosum, praesertim qui dilata ira furem compescit; iracundus enim oderunt frigidos, tardos et moderatos, quasi sui dissimiles, susque ira et precipitationis obstantes. Rursum, vir cogitationum, ait Vatabulus, est vir qui semper cogitat et nihil agitat, puta otiosus, quem quasi pigrum, inertem, et inutile terre pondus, omnes oderunt.

Secundo, Septuaginta pro virum cogitationum, sive cogitabundum, accipiunt virum prudentem; unde vertunt, *impatiens agit cum temeritate; vir autem prudens multa suffert;* Auctor Catena Graecorum, multa dissimilat et sustinet. Videntur ipsi in suo codice legisse Κύριος θίσσα, id est suffert, tolerabit, pro quo Noster et certei, inserta littera ν, legunt Κύριος θίσσα, id est audierit. Tigurina accipiens & pro Κ [has enim litteras inter se comitantur Hebrei], et pro Κ sin legendο σκήνη, puta pro Κύριος legendo Κύριος, et τίσσαν, id est mulatibus, verit, iracundus designat stultitiam; qui autem circumspectus est, olitor agit. Porro Septuaginta sic explicat, siue eis Vulgata Latinam adaptat noster Salazar: Differentiam, inquit, inter imprudentem virum, et eum qui prudentia pollet, describit Salomon. Ille enim ex ira multa committit temeraria et absurdia, hic vero multa patitur; ille infert damna, hic susti-

(1) Eccl. Alii, *stultus insolenter se gerit, et securus est.*

bitare vel daemonio agitari miserum, vel voluntarie in tantam insaniam proslire? Ira voluntarius demon, optata insaniam mentis, est defectio. Dolus vero et odium obstinata est insaniam, obstinatus demon. » Non ergo, « ait auctor serm. Ad Fratres in errore, apud S. Augustinum, tom. X., serm. 28, habeamus coninfumtum odio, ne filii Iudee proditoris simus, ne cum eo suspendamur, et a diabolico pariter cum eo trahamur ad tartaram. Qui odium in corde portat, secundus diabolus est; et qui pacem impedit, Antichristus est; et qui pacem ordinat inter fratres, reversus filius Dei est. »

**18. POSSIDERUNT PARVULI STULTITIAM, ET EXPECTADUNT ASTUTI SCIENTIAM.** — Pro possidebant hebreice est יְמִינָה נַחֲלָה, id est hereditabam, ut vertunt Aquila, Symmachus, Theodosius et Syrus. Que vox significat primo, parvulos, id est insipientes, quasi innatam habere stultitiam, ait Vatabulos, ut eis propria quasi dos, hereditas et pecuniam esse videatur; secundo, eos non sine re avelli a stultitia, sicut hæres non patitur se divelli a sua hereditate; tertio, illos stultitia gaudere, pasci et frui, velut opinio suo prædictio; quarto, illos stultitiam suam aliis communicare, sicut dices bona agri aliis communicaat. Unde Septuaginta vertunt, *divident inprudentes malum; astuti autem tenebunt sensum.* Stultitia enim hic practice accipitur, puta malum et malitia, sicut ex adverso scienzia vel sapientia accipitur pro bono, ipsa qua bona sit virtute. Porro et dividunt auctor Catena Graecorum tripliciter explicat: « Opponit, inquit, malitia sensum; malitia autem opponit per virtutem gaudestus inconditos; unde ab eo parum, vel nihil, ubi iam ira derubetur, ibi metundum est: tantum furenti ad momentum cedet et sile. Iracundos enim, ait S. Gregorius, III part. Pastor, admittit. 17, « melius corrigitur, si in ipsa ira summotheum declinamus; perturbant quippe quid audiunt ignorant, sed ad se reduci tanto libenter exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius toleratos erubescunt. At versus dissimilat iram, simulat amiciliam, coquit versatile anima dolos, quibus te incautum, cum minime putabis, opprimit: hic ergo tibi metundens est. Ira enim et exandescencia impudentis similis est flamma, que accensa ardore suo illico seipsum consumit: odium vero versus similis est carbonibus ignitis, sed cinere obiectis, quos cum imprudens tergeris, ab igne latente adorceris (1). »

Rursum, impudentis similis est cani latranti, sed non mordenti; versus vero similis est serpentis non latranti, sed secreto mordenti. Proverbium ergo hoc monet nihil agendum per iram, multo minus per odium et dolum. « In enim est momentum insaniam, » ait S. Basilus, hom. De Ira. Et S. Chrysostomus, homil. De Mansuetudine: « Equis, inquit, videns hominem ira furere, du-

(1) Sensus est, et ira propero et insidioso rem male sedere: illum enim stulte agere, hunc exosam est.

Mystice, Hugo: « Sapientes, ait, hujus mundi parvuli appellantur a Sanctis, qui quas parvuli pueri abeocordari seu elementarii, in libro universi pulchritudinem creaturarum, que sunt littere hujus libri, admirantur et stupent; sensum autem eorum, scilicet Dei potentiam, sapientiam, bonitatem et alia attributa omnino non capiunt. »

Porro et expectabant astuti scientiam, a hoc est, prudentes studebunt scientie et virtutis, pauciter expectantes studi et laboris sui fructum, ut sollicit scientie et virtutis perfectionem assequantur, possident et teneant, ut vertunt Septuaginta, adeo ut eum in alios effundant. Unde Syrus verit, *prudentes dividunt scientiam*, sicut dives pauperibus, et parentes filiis dividunt patrem et escam.

Pro *expectabunt* hebreico est *וְיָתֹרְנִים* *yo'atserim*; quod proprie significat cingere et coronare. Unde Chaldeus verit, *corona justorum est scientia*; et Salomon, *astuti capiti sua scientia coronam nevent*; Aben-Ezra, *sapientes scientie diadema acquirunt, et ad honores venient*; Vatablus, *scientes coronabant se scientiam*; Pagninus, *coronabantur scientia*; illi, *coronabant scientiam*; ali, *coronabant alias scientias*. Ternas hasce versiones apposite et sapide explicat Baynus, Vatablus, Jansenus, Cajetanus, et ex hi noster Salazar. *Prima* est, ait: « Astuti imponentes sibi coronam scientiam, id est sola virtutis et honestatis cognitione gloriantur et effarentur, et quasi corona redimit regis auctis impetrabunt. Vel alter: Eam cognitionem veluti coronam quamdam excipient, qui sui ipsorum reges et imperatores constituentur ad moderandas animi viros. *Secunda* est: « Astuti coronabant scientiam, q. d. Plurimos quidem ad vere sapientiam addicent, ut jam non constituta, sed plurimorum discipulorum turba cincta et coronata videatur. Vel, « et coronabant scientiam», hoc est nobilifabunt illam, gloria et splendore donabunt. Nam, cum sapientes ob sapientie sua vim coronam, honores atque imperia forte aucti sunt, non tam ipsi quam eorum sapientia redimitur et coronatur. Se enim vulgo literatur et sapientia premia et ornamenta dicimus ea que litteratis et sapientibus conferuntur. *Tertia* est: « Et astuti coronabant alias scientias, » id est, non modo sibi ipsi sapient, sed etiam aliis, quos simili sapientia condecorabunt et honestabunt.

**19. JACERUNT MALL ANTE BONOS, ET IMPHI ANTE PORTAS JUSTORUM.** — Pro *jacebunt* hebreo est *לַשׁ סְכָא*, id est *incurvuluptus*; *Septuaginta, λαλιντούς*; *Syrus, καθέσθιτος*; *Chaldeus, currunt mali coram bonis*, et *impī obstupescunt in portis justorum*. Id ita fore in futuro ave censem R. Salomon, Beda et Hugo: tunc enim dives Epolo, aet cuius mensam jacuit pauper Lazarus, jacobit ante pedes Lazar; Nero confusus jacobit ante pedes S. Petri et Pauli; Trajanus infelix procumbet ante pedes S. Ignati, Decius ante pedes S. Laurentii, faciamus ante pedes S. Vincentii, etc. Verum esto universum et maxime id futurum sit in venturo saeculo, tamen in hoc quoque non raro fit ut Deus ipsi exaltet, impios humiliet, cogatque eos supplices fieri piis, eorumque opem implorare. Sic de impiis et de idololatriis Gentibus Ecclesiæ subiectis vaticinatur Isaías, cap. xlix, 23: « Erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices

tue, vultu in terram demissio adorabunt te, et pulverem pedum tuorum ligent. » Sic Diocletianus et Maximianus jacuerunt ante pedes Constantini Magni; Eugenius, Maximus ceterique tyrannante pedes Theodosii; Saxones et Saraceni aut, pedes Caroli Magni. Sic hodie Calvinistæ et heretici Germanici jacent ante pedes Ferdinandi II, clementissimi et pessimi, ideoque a Deo beneficii, et felicissimi Imperatoris.

